



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Cultei, fascinculæ, lebetes, ollæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

246 *Pars secunda de elevatione*
bos bonos , & palato gratos ab ingratis & ma-
lis , item res alias bonas crescente ætate sciat di-
stinguere à malis. *Impinguasti in oleo caput me-*
um , Et calix meu inebrians quām preclarus est!
Ps. 12. V. g. in epulo Eucharistico. Pones ei
in ciborum ignis in tempore vultus tui (eos con-
demnantis) Dominus in ira sua conturbabit eos ,
& devorabit eos ignis. Ps. 20. Scilicet sicut ligna
in accenso cibano. In igne probatur aurum &
*argentum , homines verò (in cælum) receptibi-
les in camino humilationis. Eccl. 2. Quia hæc est*
*moneta in & pro cælo valens. Si esurieris ini-
micus tuus , ciba illum. Si sitit , potum da illi.*
Hoc enim faciens carbones ignis congregabis super
*caput ejus (Quanquam tale malum ei imprecari
non debeas , sed etiam affectu vincere in bono
malum) nolivinci à malo , sed vince in bono ma-
lum. Rom. 12.*

Instrumenta Coquorum.

Cultri , fascinulae , lebetes , olla.

Fac tibi cultrös lapideos (cote acutos , non
enim necesse erat semper adhiberi lapideos)
& circumcidē secundo filios Israël. Jos. 5. Id est ,
instaura morem circumcidendi semper conti-
nuatum usque ad exitum ex Ægypto. Et hinc
ad primum ingressum terræ promissæ voluit
Deus necdum circumcisos circumcidī. Sic mo-
raliter circumcidī debet quoad passiones & af-
fectiones malas ex sæculo ingrediens religionem ,
sacros

sacros suscipiens ordines , & si quid post novitatum expletum mali expost germinis propulavit ; circumcidendum secundò in ȝtiæ prob. anno. Prophetæ Baal incidebant se juxta ritum suum cultris & lanceolis. ȝ. Reg. 18. ut scilicet Baal eos exaudiret. Similia in honorem Mahomet & Idolorum à sacrificulis adhuc fiunt. Et quid tu facis pro vero Deo ejusque gloriâ delicate Christiane religiose ? Quando sederis, ut comedas cum Principe , diligenter attende, quæ apposita sunt (ne in crapulam te impellant) & statue culrum in gutture tuo. Prov. 23. Hoc est, refræna linguam , restringe gulam quasi cultro gutturi apposito , quo juguleris , nisi caveris, ne aliquid per imprudentiam aut loquaris aut agas , quod tibi vel aliis periculum creet. Filii Heli , filii Belial nescientes officium Sacerdotum ad populum. Quicunque immolasset victimam , veniebat puer Sacerdotis , dum coquerentur carnes, & habebat fascinulam tridentem in manus sua , & optima quæque collebat Sacerdos sibi. Non incesto juxta morem , sed vi rapto adipe. 1. Reg. 1. Sic verè etiamnum nesciunt officium Sacerdotum ad populum , qui quò potentiores ac in majoribus præ aliis constituti sunt , eò subin iniqüores vi Deo & subditis debita rapiunt , de pinguedine terræ incrassantur , & de rore cæli inebriantur. *Juda Rex meus [Christus ex tribu Juda] Moab lebes spei mee.* Ps. 107. Moabitarum regio fertilissima , è qua velut olla plena multum sperandum. In terra Ægypti sedebamus super ollas carnium. Exod. 16. Ità loquitur

248 *Pars secunda de elevatione*
inquietus tepidus religiosus , cui præ manna
cælestium consolationum & gratiarum , quod
fastidire incipit , placet prior in sæculo libertas
aut spurca voluptas. *Mors in olla vir Dei.* 4.
Reg. 4. Amaritiem sustulit *Elisæus* injectâ sati-
nâ , non vi farinæ naturali , sed supernaturali
inditâ. S. Hostia devotè sumpta tollit amari-
tiem cordis. *Ollam succensam ego video , & fa-
ciem ejus à facie Aquilonis.* Jerem. 1. Scilicet
malum veniens à Babylone , & evomens ignes
in Judæam & vicina regna. Tales ollæ in pœ-
nam peccatorum sunt hostiles exercitus sive ab
Aquilone sive septentrione , aut alio de loco
veniant. O quot ollæ succensæ in inferno!
*Sicut sonitus spinarum ardentiæ sub olla , sic risus
stulti.* Eccl. 7. Sicut enim spinæ tantum crepan-
tum non diuturnam flammam submini-
strant , nec carnes coquunt. Sic risus stulti
sive adulatoris nil boni efficit.

Cùm de instrumentis , quibus coquuntur ci-
bi , ipsisque esculentis hactenus hæc sermo fue-
rit , incidenter quoque agendum breviter de
controversia , quam habemus cum Sectariis ra-
tione eiborum certis diebus aut temporibus ab
Ecclesia prohibitorum.

Subsectio sexta.

De diebus jejuniis , abstinentia , Quadragesima , &c.
1^{mo}. **F**Alsum est esse tantum præceptum ho-
minum abstинendi à certis cibis. Nam
Gen.